



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Ars Semper Gaudendi**

Demonstrata Ex Sola Consideratione Divinae Providentiae Et Per  
Adventuales Conciones

Laetitiae Perfectae Artificium In Conscientiae Recta Efformatione  
inuentum, & per Adventuales Conciones expositum ac demonstratum

**Sarasa, Alfonsus Antonius de**

**Antverpiae, 1667**

§. II. Quomodo scrupuloso in ipso scrupulorum aestu formanda sit  
Conscientia; & contra scrupulos agendum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11367**

consulis, acquiescas, nequidquam est quod dubites: evidentissimum enim id est signum, insigniter tibi læsam esse phantasiam, quæ tandem in iudicij perniciam indurefcet. Et tunc quidem superuacanea erit, quæcumque adhibebitur medicina.

Agedum ergo. Credisne tandem te hoc morbo esse implicatum? Si non credis, abi sanè per me licet, & ad somnum si placet, corpus compone, nè nihil agas. Quidquid enim deinceps dicturus sum, alijs quos tu tibi mente designas, dicta suspicaberis, tibi autem minime. Hoc autem dum agis, frustra à me aguntur omnia. Quod si verò perniciam mentis depositam, morbum agnoscis, da deinceps audientiam, & quidem non illiberalem. Uti enim in febribus curandis vsuvenit, vt primò præscribatur agro, quid in ipso morbi dum exæstuat paroxismo agendum sit; deinde verò quæ malignis humoribus depellendis, adhibendæ sint medicinæ: ita istud primò dicam, quid agendum sit, dum scrupulis reipsâ compungeris; id est, dum phantasmatis falsisque peccatorum laruis potius, quàm iudicis agitaris. Deinde expositurus quibus artibus insanæ illæ, quæ totam animæ symmetriam perturbant, peccatorum species, Diuinâ aspirante gratiâ, penitus depellantur. Depellentur autem facile, si vti dixi, scrupulosum te agnoscas, neque phantasmata, quibus assueuisti, tanquam sancta teneræque Conscientiæ indicia foueas, iisue nimium indulgeas.

## §. II.

*Quomodo scrupuloso in ipso scrupulorum æstu formanda sit Conscientia, & contra scrupulos agendum.*

ET quidem, vt quod primò loco propositum est ritè absoluam, illudque edisseram quid tandem agendum sit, dum in ipsâ scrupulorum caligine mens exæstuat & vacillat: istud tanquam certum & indubitatum

*Licitum est semper agere contra scrupulos.*

Primò assero, eum qui scrupulorum stimulis agitur, nefas esse suspicatur, aut etiam quodammodo statuit sceleratum esse id quod agendum proponitur, nihilominus posse sine vilo crimi-

DE



ne actionem sic propositam instituire, & profequi inchoatam. Sic cui in mentem venit, mortale crimen esse stramina in Crucis formam decussata pedibus conculcare, quasi si id reuerentiæ Crucis debiti officeret: aut cui non sine mentis agitatione & conflictu, videretur lethale esse, die Veneris panem cultro scindere, qui paulò antè carnibus dissecandis fuisset adhibitus; is sanè nequidquam vrgentibus scrupulis, sine vllâ prorsus culpâ & stramen pedibus conculcabit, & cultro in promiscuos vsus vterur impunè. Atque hæc est tam pervulgata Theologorum omnium, & quod rarissimum est, nemine repugnante tam constans sententia, vt superuacaneum omnino sit singulorum nomina depromere, cum eadem sit mens omnino omnium.

8. Et verò ratio est manifesta. Medios enim inter angores, quibus phantasia agitatur & prima mentis apprehensio percellitur, tamen istud sibi iudicium formare mens potest, nugas esse & deliria quæ obvoluuntur animo; ac proinde vere illicitum non esse, quod vanâ specie videtur illicitum. Hoc autem iudicium quisquis sequitur, Conscientiæ veræ dictamen sequitur. Neque verò quidquam refert, ingentes nihilominus animi remorsus quòd persentiscat: scrupulorum hi morsus sunt, non Conscientiæ. Scrupuli autem vt antè me dixisse memini, Conscientiæ tribunal non ascendunt, cuius solius est dijudicare rem, non verò leuiter & de nihilo suspicari. Hinc qui sic agit, scrupulis repugnat, non Conscientiæ: istud autem semper est licitum. Prout nemo sanæ mentis dicet Magistratibus Supremoque Senatui esse illicitum, plebis pro Curiâ insanientis inconditas voces deinceps habere, eiusque maleferiatis expostulationibus latâ in contrarium sanctione contrauenire.

9. Benè id quidem inquires; neque quidquam angerer circumstrepentibus vndique licet scrupulis, istud si mihi præstituere possem iudicium, licitum esse id quod præ manibus habeo: verùm ex aduerso ita exagitor, vt de actionis meæ indemnitate & innocentia nihil quidquam pro certo queam dijudicare & statuere. Ita tu quidem. Verùm, nonne hæc ipsa iudicandi impotentia, signum est evidentissimum scrupulis agitari te, eorumque importunis clamoribus totum tibi offuscatum esse cerebrum, mentisque tribunal conturbatum? Atqui, vt mox dixi, istud est etiam verissimum, hominem scrupulis imperitum, eos posse habere

*Probatum.*

*Quo pacto scrupulosus sibi formare debeat Conscientiam, vt contra scrupulos possit agere.*



habere despectui, iisque directo se posse opponere, atque agere alia omnia, quam quæ per vim à scrupulis exiguntur. Itaque hæc viâ, si alia non suppetit, eundem est, ac formandum dictamen seu iudicium practicum Conscientiæ; quo licitam tibi esse statuas actionem eam, ob quam tanta tibi oborta est scrupulorum tempestas & controuersia: quod nempe communis & constantissima Theologorum omnium, nemine excepto sit sententia, te, nequidquam renitentibus scrupulis, in eam actionem posse erumpere, tutâ Conscientiâ, sine vlllo crimine, & impune. Huic vero sententiæ tam certæ, tam tutæ, tam si mo omnium omnino Ascetarum & Theologorum consensu proclamata si non acquiescas, nescio sanè ipsinè Archangelo Raphaëli, utcumque sit Medicina Dei, morbo tuo mederi si velit, fidem vlllam adhibiturus an sis.

Credo inquis; hæc ita esse; licitumque esse scrupulis sese opponere, dum veri sunt scrupuli. Ast istud mihi est ambiguum, an scrupuli vere sint quibus exagitor. En purum putum scrupulosa mentis genium. Quò magis de morbo tuo ambigis, magis eum facis esse manifestum. Tamen vt etiam hæc ex parte omne scrupulis adiman effugium, istud tibi cum Sanchez assero, sufficere vt tutò contra scrupulos possis agere, si tantum probabili ratione constet, scrupulos esse & vana peccatorum simulara, quibus impeteris. An plura desideras? an fauorem hunc vis magis extendi? Certè, etiamsi expensis omnibus, dubium tantum foret an sit scrupulus quò torqueris, scrupulum verè esse potes statuere, atque adeò profus contemnere, eaque agere quæ ei aduersantur. Ita disertè Sa, Bonacina, Franciscus de Lugo. Tandem, qui scrupulis solet irretiri, si ab ipso actionis suæ exordio, non tam certus sit se peccatum mortale committere, vt istud iuramento affirmare audeat, scire se peccatum lethale esse quod aggreditur; etiamsi in ipso deinceps operis exercitio multa occurrant propter quæ de crimine fortè committendo dubitare incipiat, potest sine vlllo noxæ periculo illis occurrere, iudicando non esse nisi scrupulos, id est criminum umbras, actionemque inchoatam penitus prouehere. Quòd si autem ad hæc accedat prudentis Confessarij iudicium, quo quidem statuitur rectè omnia se habere, tutumque esse agere id quod agit; tum vero nulla relinquitur dubitatio, quin tali iudicio

*Sufficit vt quis agere possit contra scrupulos, quia probabile sit hominem se esse scrupulorum.*

*imo quod dubium sit an sit scrupulus.*

10.

Sanchez  
l. 1. mor-  
c. 10. n. 80.

Sa. v. Du-  
bium  
Franc.  
lugo par.  
1. de Conf.  
c. 4. q. 11.

cio



cio possit acquiescere, quantumcumque de se iudicet scrupulis minime se torqueri. Atque hæc quidem dicta sint, ut liqueat scrupulosus agere quid possit, siue quid ei agere sit licitum, quando scrupulorum torminibus exercetur. Verùm aliùs ascendat oratio, & totius rei explanatio.

*Iniquitas  
tormenta  
in oculis  
vultus*

11.

*Secundo* itaque assero scrupulosis non licitum esse tantum, sed & longè consultius esse, scrupulorum representationibus refragari, iisque, etiam in actionibus quæ videntur sanctissimæ, sese opponere, & fidem fortiter donegare. Hæc rursus meliorum Theologorum certa est sententia. Et verò ratio ex ipsâ scrupulorum origine si petitur, est manifesta. Cum enim, ut iam ante demonstratum est, scrupuli non nisi xana sint phantasmata, & ferri culamenta, porsus panica, quæ ex timida corporis temperie ut plurimum exortum trahunt, quò magis timori indulget, eò magis exacuitur, fugantur autem phantasmata, timoris irritamenta, quibus intrépida obicitur impressio. Quid est autem timori indulgere & cedere, quàm ea tandè agere quæ fâdet timor. Atque hoc quidem in omni quæp natura fert timore, commune est & peruulgatum, etiam eo, qui nulli probris rationi & fundamento nititur, aut certe per exiguo. Qui canum morsus timet, aut equorum sternaces ungulas expauescit, quò magis sollicitè cauet periculum, eò maius incrementum in imaginationis cellulâ accipit phantasma, malum representans, & quò hoc magis excrescit aut fit viuacius, eò etiam grauius offieit, & maioresquæ animo trepido pauores facit. Enimuerò an non id quoridianâ experientiâ compertum est satis, eum qui tenebras exhorrescit, ac magnâ sollicitudine cauet, ne in cœmitatus conclaue obscurum adeat, aut ne in eo solitarius agat, maiori quotidie solitudine occupari, & spectra sibi quaquauer sum obstrantia, cœmgerere quilibet naturæ ingenitus timor quotidie augeatur? Ita sanè fit, neque aliud curando huic morbo remedium est presentius, quàm si primò cœtellos sibi foueat, maioribus deinde cœmibus abblandiatur, inter equos sese ingerat, & intrépido animo, trepidante licet corpore, in tenebris profundiora modò, modò altiora, ad ium subeat conclauiâ, in iis solus commoretur aliquamdiu. Hæc certe ratione, nihil dum sibi viderit mali obtrigisse, decrescet paulatim umbratioum mali phantasma, timoris intempestiui origo, ac sic paulatim detumescet omnis qui mentem iblaserat paor.

*Consultius  
est semper  
agere con-  
tra scrupu-  
los.*

*Nam scrupu-  
li cres-  
cunt dum  
eis obediunt.*

*Probatur  
ex naturâ  
timoris.*

*Timori e-  
nim dum  
ceditur,  
crescit ti-  
moris pas-  
sio.*

*Timor  
est  
in  
oculis  
vultus*

11. 10. 10. 10. 10.

amiam

H h

Planè



*Scrupuli  
crescunt  
cum iis o-  
bediuntur.*

Planè similis, imò eadem est scrupulorum ratio. Iis si succumbas & obedias, récrudescunt illicò, & vires fument; maioribusq; te quotidie terriculamentis, imò & ineptiis præpedient. Quòd si die Veneris metuis vesci oleribus, quæ decocta sint in ollâ quæ pridie lixandis carnibus vsui fuit; oleribusque his si abstineas, quòd fortè adipis hesternæ, quæ ollæ adhæserit, iis quidquam sit commixtum: profectò si scrupulo huic insanè succubueris, ad tantam demùm deuenies insaniam, vt diebus abstinentiæ destinatis, non sine chirotecâ, & quidem benè densâ armatis manibus, sumpturus sis cibum; ne fortè hesternâ ex cœnâ, vnguibus quidquam carniū irrepserit, aut certè adipis aliquid adhæserit, qui pisces hodiernos, oleraque inficiat. Ridicula hæc qui dicit, verum dicit; sed tamen similia sunt quæ à scrupulosi actitantur quotidie. Hæc verò vt euadantur incommoda, nihil est consultiùs, quàm frontem impavidam scrupulis obtendere: reipsâ, inquam, ostendere, te similes aculeos floci facere: & cum tibi sese importunè ingerit cogitatio, peccatum esse tali cultro panem scindere quo hesternæ tactæ sunt carnes; aut olera quæ dixi comedere; aut aquam benedictam è manibus in terram diffluere; aut stramina in crucis modum decussata pedibus tangere; hæc, inquam, & his similia deliramenta mentem cum præpediunt, hisce tu ne immorare, sed fortior insurge, illudq;ne tecum sic statue: Ob hanc ipsam causam, quòd mortale mihi scelus visum est id quod aggredior, non alio vtar cultro quàm hoc de quo controuertitur: non aliis vescar oleribus, quàm quæ hâc in ollâ sunt decocta: aquam benedictam sponte meâ in terram coniciam: & stramina ita decussata, non semel, sed tertio pedibus conculcabo. Ita fac, & non tam crucem quàm scrupulos conteres. Neque quidquam horum confitère, quantumcumque scrupuli obganniant; & sacram Synaxim nihilominus securus tui, tutusque adeas: sic demùm euades victor tui. Atque cum hæc tam præsens sinceraque sit scrupulis, cum obueniunt, curandis medicina, & ferè vnica,

*Sapè teno-  
tur ex lege  
matura  
scrupulosus  
agere cõtra  
scrupulos.*

Tertio assero non tantum consultiùs esse, hoc modo scrupulis fortiter & directò obfistere, verum etiam scrupulosos non rarò id agere prorsus debere; ad agendum, inquam, scrupulis contraria, naturæ lege sapiùs teneri. Ita disertè Thomas Sanchez, Valentia, & apud Baldellum Sayrus, Salas. Cum enim scrupuli mentem.

12.

14.

Sanch. l. 7.  
in præc.  
c. 10. n. 83.



Valent. 1. mentem vehementer conturbent, plurimas actiones bonas; etiam  
 1. disp. 2. præcepto Diuino aut Ecclesiastico imperatas præpediant, animos  
 9. 14. pun. ad præclara assurgentes succidant, ad desperationem paulatim  
 4. dub. 5. incautum deducant nonnumquam, semper autem ineptum red-  
 Baldel. de Consc. l. dant vt munere suo institutâque viuendi ratione bene alacriter-  
 4. disp. 21. que defungatur: rursus cum corporis valetudini scrupuli vehe-  
 n. 9. menter officiant, cerebri vires defatigent, potentiæ imaginati-  
 uæ actiones perturbent, ac denique insanix incurrendæ pericu-  
 lum inducant præsentissimum; nullum mihi dubium relinquitur,  
 quin quisquis hoc morbo laborat, jure naturæ charitatisque sibi  
 debita, de remedio illi conquirendo, sibi prospicere teneatur.  
 Cum verò aliud nullum supersit scrupulis dum reipsâ vigent su-  
 perandis, quàm iis minimè indulgere, fortiterque obsistere;  
 sanè ad remedium hoc necessariò confugiendum est, & contraria  
 suis scrupulis agere non tantum poterit scrupulosus, sed & de-  
 bebbit.

14. Arque ex hoc capite, vt rectè Baldellus, poterit etiam Præla-  
 tus præcipere scrupuloso, vt contra scrupulos operetur. *Nec debet,*  
 Bald. sup. inquit, *præcipere timidè, sed fidenter & absolutè; ne alioqui sit mi-*  
 n. 20. *nor securitas in egroto, si vacillauerit ipse medicus, vt notat Regi-*  
 Regual. in praxi naldus. *Et similiter in tali casu, etiam tenebitur scrupulosus contem-*  
 l. 2. c. 9. *nere scrupulos, & præcepto parere.*  
 n. 117.

15. Hæc omnia quamuis clara sint & verissima, nondum tamen  
 scrupuloso cuidam, ex acutiorum, ex importuniorum, inquam, &  
 peruicaciorum ordine factum est satis. Audiamus sanè quid og-  
 gerat. Benè se habent, inquit, hæc omnia, cum scrupulis tantum  
 agitur Conscientia: scrupuli enim non sunt iudicia; phan-  
 tasmata tantum peccatorum sunt, primæque apprehensiones  
 mentis. Ast verò iudicia sunt quæ ferò: neque suspicor tantum,  
 scelus esse quod facio, cum olera illa comedo, sed verè iudico  
 me peccare. Atqui etiam erranti Conscientiæ parendum esse,  
 jam pluribus est demonstratum: igitur & mihi ab oleribus illis  
 est profus abstinendum. En vt sese ab omni parte muniant  
 scrupuli. Captâ vrbe, ad arcem confugiunt milites, vt sese tuean-  
 tur. Non aliter agunt scrupuli, vana phantasmata, vmbra meræ,  
 dum ex phantasiâ, rationum pondere sunt exacti, nullumque  
 in eâ inueniunt defensionis locum, arcem iudicii ascendunt,  
 ex eaque sese ostentant, non quasi vmbra & phantasmata, sed



quasi iudicii jam formati commilitones & affectæ, ut metum sui incutiant. Verùm mihi suffodienda est hæc arx, & phantasticis illis iudicibus detrahenda fraus & auctoritas. Itaque ut obiectioni huic planè occurram,

Potest scrupulosus in materiâ quâ laborat, se non iudicasse, sed meram apprehensionem mali.

16. QUARTO assero, scrupulosum in illâ materiâ quâ laborat quantumcumque iudicet iudicasse se, mortale esse peccatum quod agebat, nihilominus posse iudicium illud contemnere, eique penitus refragari. Istud enim sibi potest persuadere, ne utiquam iudicasse se, neque iudicium sese efformasse, sed merâ mali specie aut apprehensione fuisse deceptum. Cùm enim ex centenis, imò & milenis vicibus, vix vnicâ eiusmodi hominum genus iudicium & sententiam de rei agendæ bonitate aut malitiâ proferat, sed plerumque semper inter vtrumque hæreat dubitandum & suspensum, malique impendentis specie percussum, prudenter sanè scrupulosus sibi persuaserit, etiam tum apprehensionibus sese agi, cùm sibi iudicium ferre videtur. Prudenter, inquam, id statuit, cùm ab ipso stetit præsumptio; nam ut rectè fert juris regula, *presumptio habetur ex consuetis*. Jam verò, etiam si verè iudicasset mortale esse quod agebat, tamen cùm ob cerebri intemperiem, phantasmatumque turbulentiam, plerumque, imò semper ineptus sit qui in illâ quâ vexatur materiâ, discernere liquidò possit, an iudicium de actionis malitiâ tulerit, an verò mali apprehensione merâ fuerit agitatus; prudenter omnino statuet nullum à se latum esse iudicium, sed falsâ tantum mali specie fuisse irretitum: quæ quamquam in iudicium videretur inclinare, tamen intra apprehensionis vanae terminos stetit. Quod si verò ne hoc quidem sibi possit persuadere, iudicium id est, non leuiter, sed insignitè admodum ipsi læsum esse cerebrum. Neque huic aliud restat remedium, quam ut sese prudentis viri iudicio committat, eiusque in omnibus arbitrio acquiescat.

17. Atque hoc modo arbitror affatim exposuisse me, quid agendum sit scrupuloso, cum scrupulis perurgetur, in rebus actionibusque præstandis quæ præ manibus adhuc sunt. Tractatu verò II. dicam, quâ ratione agendum ei sit cum scrupulis, qui peractæ jam actioni superueniunt; antea actæ nimirum vitæ. Confessionibusque præteritis, quæ omnia ingentes nonnumquam pariunt, non sine Dæmonis artificio temperantes.



states. Eas autem & examiñabimus & discutiemus portò deinceps.

## §. III.

*Ponuntur aliquot remedia generalia ad arcendos sanandosque scrupulos.*

18. **I**nterim, vt quod res est fatear, cùm magna me teneat commiseratio eorum qui morbo hoc, sanè molestissimo conflictantur, operæ prætiùm me facturum existimo, si prout iam exposui, quo pacto scrupulosi in ipso scrupulorum conflictu & morbi quasi paroxismo agendum sit, nunc quædam generalia præcepta, ex infinitis quæ passim proponuntur, afferam, quæ quasi medicinæ loco futura sint & remedia, quibus tam importunum malum aut penitus detergatur, aut saltem non modicè infringatür.

## R E M E D I V M I.

*Medicinæ physica purgande melancholico aut pituitoso humori nonnumquam adhibendæ.*

19. **A**C primò quidem, cùm istud compertum satis sit, & verò etiam Tractatu præcedente liquido demonstratum, sapissimè scrupulos ex naturali sanguinis humorumque malâ temperie exortum ducere; vnde id etiam constat melancholicis aquaticisque corporibus eos faciliùs innasci, & copiosius innutiri; vtpotè quibus genius sit timidior, cerebri verò humorumque compositio viscosior & tenacior, ac propterea aptior quibus tetriora rerum simulacra; scrupulorum, inquam, semina imprimantur: hinc nullo modo dubitandum est, quin medicinæ physicae quibus tenaciores humores dissoluuntur, sanguis reficitur, cerebrum purgatur, maximum etiam conducturæ sint scrupulis remedium; vtpotè quibus fundamentum ipsum cui inseruntur, & esca quæ nutriuntur subducenda sint quantociùs. Curato autem corpore,

*Scrupulosi  
sape adhibenda sunt  
medicina  
physica ad  
purgandũ  
sanguinem  
melancholicum.*